



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

33. Papa quando sit consulendus, ad constituendum monachum
executorem testamenti. Ibidem, quàm late pateat Papæ potestas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

distin. c. obitus. in fin. Item quia episcopus monasterio vacanti dat administratorem idoneum. qui de temporalibus curam gerit. de statu reg. c. ea, quæ s. quod si abbas. secundum Inno. & Host. fortius poterit hoc favorabile dependens à charitate, facit ratio c. fin. s. 1. de testa. li. 6. & vide no. per gloss. in c. si religiosus. de elect. eo. lib. Et hanc opin. dicit Ioan. de ligna. probabiliorem & communiter teneri Lap. Abb. quod conventus vel œconomus allegat de maior. & obed. c. cum olim. & c. 1. eod. titu. & lib. & de sup. neg. præla. c. penul. & si. & no. Ioan. Andr. de elect. c. si ab. post Io. mo. in nouella. Et ista opi. placet Dominico, siue ista licentia sit de iurisdic. siue de administr. spiritualium, quæ nec dissoluitur monachus per talem licentiam ab oblig. sui monasterij, nec sit alienatio à suæ personæ, Ioan. verò mona. putat hoc differendum: & si diu differtur, provisio
 33 † monasterij propter litis pendentiam, papa consulendus est, qui solus à se statutum mutare potest c. statutum, in prin. supr. eo. & melius facit cle. ne romani. de elect. Sed opi. superiores sunt probabiliores, cum non agatur de magno
 præiud.

præiudicio. Et talis licentia debet actum præcedere. de regula: licet. & clemen. fi. de elect. secundum doctō. in d. c. fin.

Secundò, prohibentur † canonici regulares, 34
vel alij officiales. de quibus in c. ex parte. de postul. & c. si. ne cle. vel mo. & 20. q. 3. c. præsens. & tenet Spec. in 6. nunc aliqua. ver. quid de canoni. Sed contra hoc est text. in c. quod Dei timorem. de statu monach. & text. in c. fin. de testa. libr. 6. cum gloss. Ioan. And. supr. dicta.

† Tertiò prohibetur abbas similesq; religio- 35
forum prælati, rationibus ante dictis infraq; dicendis. facit quod not. in Spec. de arbit. §. fin. versic. sed quero diligenter. In contrariū not. quod possint esse cōmissarij, allegatur quod ipsi possunt esse procuratores, vt extrà de transac. c. contingit. & de censibus c. sopite. Et dicit Abbas, quod abbas potest esse procurator apud summum pontificem pro regibus inclytis in curia, & etiam pro alijs laicis, vt probat text. iuncta supracriptione in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi, facit quod not. in c. nostra de procurat. & per Fed. de se. cons. 163.

† Itena